

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta** : 3193

**Autre(s) référence(s)** : Tabuteau 379

**Auteur(s)** : Nicolas, fils de Baudry [particulier]

**Bénéficiaire(s)** : Saint-Wandrille-Rançon, Saint-Wandrille (abbaye)

**Genre d'acte** : charte

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : [1032-1047]

**Action juridique** : donation

**Langue du texte** : latin

## Analyse

Nicolas Fils-Baudry fait don de l'église de Guitry, construite par son père, à l'abbaye de Saint-Wandrille où sa femme est enterrée et où lui-même désire reposer ; il augmente la dotation de l'église en concédant une charruée de terre dans ladite villa et trois arpents de vigne « dissipée », avec la permission de son fils Roger possesseur de ce fonds. Il reçoit de l'abbé Groux (ou Gradulphe) un cheval comme prix et signe reconnaissant de cet acte.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Delisle Léopold, Passy Louis, *Mémoires et notes de M. Auguste Le Prévost pour servir à l'histoire du département de l'Eure*, Évreux, Hérissey, 1862-1869, 3 vol., t. 2, p. 224.
- b. Depoin Joseph, *Cartulaire de l'abbaye de Saint-Martin de Pontoise publié d'après les documents inédits*, Pontoise, Publications de la Société historique du Vexin, 1895-1909, p. 368.
- c. Lot Ferdinand, *Études critiques sur l'abbaye de Saint-Wandrille*, Paris, Champion, 1913, n° 16, p. 57-58.

## Dissertation critique

Cf. Abbatiat de Gradulphe, après le 29 novembre, 1029 ou 1031 - 6 mars 1047.

Texte établi d'après c

Quia humana fragilitate prepediti atque terrena inhabitatione aggravati, in multis offendimus omnes eorum nobis patrocinia comparare necesse est qui et carnis impedimenta uiriliter abrumperere ac mundana fideliter proterentes onera inseri celestibus meruerunt. Quod ego Nicholaus, filius scilicet Baldrici, prudenter aduertens et sollicite agere contendens, ecclesiam que est in villa que vulgo dicitur Chitrei, quam pater meus in honore Sancti Petri construxit et rebus propriis ditauit, perpetualiter eidem predicto apostolo atque sancto Wandregisilo trado in alodo, ob redempcionem anime mee et mee uxoris, que in supradictorum sanctorum cenobio, scilicet Fontanella, humata iacet, ubi ego similiter post ultimum laborem obto quiescere, necnon pro animabus heredum meorum, precedentium et futurorum, cum omnibus decimis et terris quas inibi actenus canonici tenuerunt in prebendis. Augeo denique ad illum beneficium quod pater meus ibi ad seruiendum ordinauit, terram in eadem villa ad unam carrucam atque tres arpentes terre, scilicet vinee dissipate. Huius donationis auctor est filius meus, Rogerius scilicet possessor prefati fundi. Et ut hec firmiter hec donatio firma maneat in euum, unum ab abbate Gradulfo, uidelicet rectore iamdicti cenobii Fontinelle, equum in precio suscepti, quatinus presentes illam donationem teneant et futuri famulantes Deo

in predicto Fontinelle cenobio. Huius donationis isti sunt testes : Nicholaus huius rei dator et Rogerius filius eius,  
Vigericus clericus et Vigerius laicus, Aldulfus, Walterius.  
Signum † Nicholai.